



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXII.**

6. Maij. Pridie Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

det contemptu suo: hoc solo sanè superbus, quòd laudes contemnit.



6. Maij. Pridie Nonas.

**B** PETRE, Prior monasterij Alva-  
strensis in Suecia: qui dum in gra-  
vissimis pro monasterio, & animarum  
salute laboribus agitabaris, famem, si-  
tim, pericula itinerum, contumelias,  
& mille alias molestias æquissimo ani-  
mo supportasti. Quarum afflictatio-  
num sublata occasione, ne patientiæ  
suum deesset alimentum, nec tamen  
infirmi novitate rigoris turbarentur,  
extra clausuræ septa habitaculum ele-  
gisti: in quo humanæ vitæ fomentis,  
cibo somnòque, vix non omnino ex-  
clusis, Angelus terrenus inter cœlestes  
vixisti, cum paulò minor ab illis feli-  
citas tibi ad intuenda divina mysteria  
diu noctúque illucesceret. Iisdem ju-  
bentibus, Revelationes S. Birgittæ in  
unum volumen conscriptas, vulgasti.  
Neque difficilis tibi fuit ad cælum via;  
quod nimirum adhuc mortali semper  
patere solebat. *Cæcitatæ nostræ vitium*  
*est, si cælum ignoramus. Lux illa stella-*  
*rum serena, tot monstrat causas amoris in*  
*Creatorem, quot radios emittit. Oriatur in*  
*corde*

Obijt  
anno  
1378.

Vita  
Ange-  
lica.

Lumen  
amoris  
divini.

corde meo; te accendente, hoc indeficiens lumen, meque totum rapiat in illum amorem, quo solo beata erit eternitas.

*Circa* B. HENRICE: qui cum in mune-  
*annum* re Episcopali negligentius, quam de-  
1260. cebat, ovium creditarum pastorem a-

*Admo-* tum ostendit: cumque primo intuitu  
*netur* verba illa occurrerent: *Mortificas ani-*  
*cura* *mas, que non moriuntur, & vivificas,*  
*salutis* *que non vivunt: perterritus, vultum a-*  
*per vi-* vertebas. Illo autem urgente, ut plura  
*sum.* legeres; vidisti in margine scriptum;

*Quando reduces animas de inferno, quas per tuum destitutas exemplum eterno supplicio tradidisti? Ita visio quidem ab oculis, sed non ab animo evanuit. Idcirco ut reddendam rationem ex parte minueres, ac tuæ salutis melius invigilares; relicto pastoralis officio, ovium te gregi in monasterio Camberonensi adjunxisti: ibique tum animi mansuetudine & humilitate, tum vitæ rigore & pœnitentiæ operibus dignum te reddidisti, qui inter oves electas ad cœli pascua deducereris. Egerem & ego se-*


*Vigilã-* *pius ejusmodi monitore, dum seposita salu-*  
*tia.* *tis æternæ curâ, in veteratæ negligentie in-*  
*dormio. Tu Petrum age: & stertentem ad*  
*serias tandem vigilias excita.*

S. Ber.

S. BERNARDUS, ser. 21. in Cant.

Cum te torpore, acediâ, vel tadio  
affici sentis; noli diffidere, aut desi-  
stere à studio spirituali: sed juvantis  
require manum, trahi te obsecrans,  
sponsæ exemplo.

Torpor  
spiritus  
fiduciâ  
superâ-  
dus.



7. Maij. Nonis.

B. GOBERTE, Comes Asperi mon-  
tis in Lotharingia, ut genere ac di-  
vitijs potens; ita non minus magnani-  
ma belli virtute celebris: qui proprijs  
opibus militum copias contra Sarace-  
nos, ad recuperandam Palæstinam, e-  
ductas, multis tuo ductu victorijs in-  
clytas fecisti: tunc maximè de palma  
lætus, cum ex manubijs egeni ditesce-  
rent: quorum pater ac tutor vulgò au-  
diebas. Sed gloriæ majoris avidus, ut  
de mundo ac teipso triumphum ador-  
nares, Cisterciensibus in Villario no-  
men dedisti. Hic arma in temet con-  
vertens, vitæ austeritate, vigilijs (ad  
quas te per varios cruciatus excitare  
solebas) & orationum instantiâ, emi-  
nebas præ multis: veluti etiam prodi-  
giorum famâ: quibus post acceptam  
in cœ-

Circa  
annum  
1240.

Miles  
pius &  
fortis,

& in se  
rigidus